

126  
23

# ENCAENIA GYMNASII ELBINGENSIS

D. XXX. NOV. MDCCCLVIII  
CELEBRANDA

AMPLISSIMOS CONSULTISSIMOSQVE

V R B I S  
P R O C E R E S

OMNESQVE

M V S A R V M  
F A V T O R E S

E A Q V A P A R E S T P I E T A T E  
D E M I S S I S S I M E E T O F F I C I O S E

I N V I T A T

I O A N N E S L A N G I V S

G Y M N . R E C T . P . F . E T B I B L .

---

E L B I N G A E  
T Y P I S N O H R M A N N I A N I S .





**R**edit Seminarii Elbingensis natalis, qui Curiae, Ecclesiae,  
 Civitatisque patriae gratus: juventuti vero scholasticae,  
 in spem Reipublicae educandae, faustus est laetusque. Hic  
 enim, profigata tandem superstitionis ac ignorantiae barbarie, arti-  
 bus humanioribus ac majori lucis evangelicae restauracioni vires,  
 domicilium, sedemque concessit liberalem. Quodsi vero beneficia di-  
 vina, in genus humanum collata, ad gratae posteritatis notitiam pio  
 animo transmittenda sunt omnia; quodsi memoriam istius diei, quo  
 banc primum adspeximus lucem, sanctam habere, & perpetua vene-  
 ratione colere solemus: quidni & cara nobis grataque esse debet tem-  
 poris illius recordatio, cui scholae christiana & liberalis doctrinae,  
 tanquam lucis potioris exoptatos debemus natales? Id quod & Mu-  
 nificentissimi Gymnasi Drujaci Restauratoribus ac Conservatoribus  
 beatae memoriae curiae cordique fuisse, ut credamus fas est. Optimo  
 enim eorum sancitum est consilio, ut haec Musis consecrati aedificii  
 memoria annua festivitate & publico bonorum plausu celebraretur.  
 Cujus vero beneficii ac officii memores non juventutem modo homines-  
 que scholasticos, sed Parentes etiam, imo totam civitatem esse, & in  
 gaudiorum atque precum communionem venire juvat omnes. Qua  
 propter non modo praeterita die Dominica, quae fuit post Trinitatis  
 festum

festum XXVII, in aede Mariana concio habita est sic dicta schola-  
stica: sed crastinus etiam dies, quo annum Gymnasi restatur ordi-  
mur centesimum quinquagesimum nonum, ex AMPLISSIMI SENATVS con-  
sulto sacris Encaeniorum scholaſticis dicatus, intra Pbrontifsterii nostri  
parietes festus esse debet. Dabimus in hac publici congressus solemnitate DEO, quae sunt DEI, & PATRONIS, quae PATRONORVM,  
gratam scilicet mentem, acclamations atque vota. Dabit & in eodem  
actu juventus nostra scholaſtica operam, ut brevibus oratiunculis  
& colloquiis familiaribus non modo latitantem ingeniorum igniculum  
magis excitet, sed NVTRITORIBVS quoque & Musarum FAVTORIBVS  
placeat, eo quidem ordine, ut in adjecto dictororum & dicendorum  
elencho est videre. Cui etiam ulterioris programmatiſ loco quintam  
Bibliorum, quae in publica Gymnasii Bibliotheca exstant, recen-  
ſioneim praemittere, non dubitavimus.

Nihil superest, quam ut per publicum hunc praecomenem Honorifi-  
centiſſimam MAECENATVM & AMICORVM p̄raefentiam tyronibus nostris,  
noſtrisque exercitationibus obſervanter & humaniter expetam. Fe-  
licem me, felices nos praedico, quod faciles hac in parte nobis sunt  
& PATRONI & FAVTORES. Proinde brevi quidem orandi ratione, aſt  
effectu eo prolixiori me expediam, ſubmiffe rogans: *Venite! Venite*  
*VIRI ILLVSTRIS, MAGNIFICI, GENEROSI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMIQUE*  
*DNN. BVRGGRABIE, PRAESES, PRAECOSS. COSS. PATRIAE PATRES ET*  
*EVERGETAE OMNI LAVDIS AC VENERATIONIS GENERE PROSEQVENDI:*  
*Venite EXCELLENTISSIMI, PLVR. REVERENDI, CLARISSIMI, PRAEN. NO-  
BILES, SPECTABILES, HVMANISSIMIQUE LITERARVM AMANTES ET PRO-  
MOTORES LONGE AESTVMATISSIMI:* *Venite inquam, & Vestrarum cum*  
*noſtris conjungite preces atque vota, quo DEVVS T. O. M. Reu-  
publicam atque Eccleſiam cum utriusque Seminario, Schola Drufacat,*  
*clementer & potenter ulterius augere, conservare ac protegere velit.*  
*P. P. Elbingae die XXIX. Novembr. MDCCCL. III.*

Consideraturo ulterius Bibliorum, quae in publica Gymnasi<sup>i</sup>  
Elbingensis Bibliotheca exstant, editiones, occurrunt in 4to maj.

*SEBASTIANI MÜNSTERI BIBLIA EBRAICA,*

sub hoc titulo :

ארבעה עשרים

נרכסו במצות יווניאוס לרוביניאס וניקלאוס עיפישקופי יצ'ו  
פה באוליה העיר הגדולה בשנת רצ'ו לפמ

i. e.

*Viginti quatuor* z) libri *impressi* sunt *jussu HIERONYMI FRO-*  
*BENII & NICOLAI EPISCOPII*, (*custodiat eos ipsorum*  
*rupes & redemtor*<sup>a)</sup>) *bic Basileae in magna civitate anno*  
*juxta computum minorem 246*, *seu christianorum*  
*aere 1536*. *Quibus praeter alia & in fine*  
*adjecta sunt sequentia :*

החותם על ידי זבשטיינאש מונשטרוש עם גישה גROLה

i. e.

*Impressus est codex per manus SEBASTIANI MÜNSTERI*  
*cum magno studio.*

MVNSTERVS modo laudatus Germaniae, quae ipsi & vitam & sedem  
dedit, magno semper fuit honori: quippe in Reformatae ecclesiae  
dogmatibus & linguarum orientalium, ut & Matheos peritia,  
duce CONRADO PELICANO adeo profecit, ut ipsi tandem Professori

E

Theo-

b) Propheta vero Daniele, quem Judaei inter alia & ob egregium de LXX hebreo-  
madibus vaticinium, c. IX, 24-27. libr. Canoniconum numero exemtum, Ha-  
giographis annumerant, addito, viginti leguntur quinque. conf. Knobels  
Brudrichi. Bibelsammlung, p. 681 &c. & BVDDEI H. E. V. T. Tom. II.  
p. 827-835.

a) vid. IO. BXTORIUS de abbreviaturis hebraicis. p. 99. 100.

Theologiae ac Hebraei sermonis in Academia, quae Basileae floret, Ordinario, anno 1552 lue epidemica extincto, egregium hoc posueretur epitaphium: Germanorum Esdras hic Straboque conditur. b) Nec immerito. MVENSTERVS enim primus ex Germanis fuit, qui Biblia Hebraica, addita nova insuper latina versione, a. 1525 aequo ac 1534 in fol. 2 Vol. c) & tandem nostra 1536 in 4to absque versione publici fecit juris, eo studio, eoque labore, ut & Judaeis ipsis nullo non tempore in deliciis fuerint. Tantus enim ille in adornandis his Bibliis Rabinorum fuit aestimator & sectator, ut cum in literis scribendis tum in stylo latino totus judaizare videretur: quippe ה & ח, ב & כ, ר & ר more antiquorum Judaeorum omni fere distinctione destituuntur; hic autem, teste PFEIFFERO d) valde horridus & auribus cultioris latinitatis sermoni adsuetis plane ingratus, licet fonti ad amissim accommodatus sit. Praeterea in codice nostro triplex a MVENSTERO adjecta est appendix, quarum prima continet initia lectionum judaicarum, ex Mose & Prophetis petitarum, & sub nomine בְּרִישָׁה ac הַפְּתֻרָה singulis sabbathis in Synagogis praelegendarum: altera nonnullas dictiones, quae in aliis Bibliorum exemplaribus diversam inveniuntur habere lectionem: tertia autem errata illa, quae vel editoris visum fugerunt, vel per praeli moderatores typorum transpositione irrepresentantur. Ad haec observandum est, Biblia nostra, in initio & in calce signo Frobeniano adornata, a Magnifico Maximeque Strenuo Domino ALBERTO ISINDORFFIO, Prae-Consule & Scholarcha quondam Gravissimo Bibliothecae dono data esse, cuius & insignia, hircus scilicet saliens, manu gladio armata superne addita, in anteriori codicis

---

b) vid. FREHERI theatr. vir. erud. clar. p. 1453. & JOCHERI Gelehrten Lexic. ad voc. SEB. MVNST.

c) add. KNOCH l. c. p. 53. & REIMANNI catal. Bibl. ib. p. 194.

d) in Crit. sacra, p. 331. q. 10.

codicis facie deaurata, una cum possessoris nomine impressa vi-  
dentur.

129

Haec alia excipiunt

*BIBLIA HEBRAICA, PLANTINI scilicet*

*Antw. in quarto edita & in donatione MEIENREISIANA obvia, quo-  
rum titulus sic incipit :*

חמשה חומשי תורה

in versione autem latina totus se ita habet: *Quinque quini libri le-  
gis impressi cum multo studio per manus CHRISTOPHORI  
PLANTINI jussu Domini BOMBERGI (benedicat ei petra  
& redemptor ejus) anno 326 juxta computum minorem, i. e. 1566,*  
*in urbe percelebri Anversa.*

PLANTINVS, typotheta Antwerpiensis edendis operibus suis tan-  
tam inferuit diligentiam, tantaque impendia, ut illa auctori & laudes  
& paupertatem conciliaverint. Aere enim alieno admodum one-  
ratus vitam cum morte commutasse dicitur, relictis egregiis ope-  
ribus. Quae inter & nostra non ultimum habent locum Biblia,  
quorum editio a WOLFFIO e) le LONG f) aliisque elegans & satis  
correcta appellatur. Usus enim erat PLANTINVS in opere hoc  
emittendo typis Bombergianis, quorum puritas, splendor &  
elegantia omnibus se adeo commendant, ut HOTTINGERI de  
eodem judicium g) ex REIMANNI calamo h) repetere placeat,  
scribentis, illos non recte facere, qui BOMBERGI, PLANTINI,  
STEPHANI elegantissima exemplaria quotidiana terunt, breve  
conterunt manu; Καιμήλια haec esse, quae, ut diu Bibliothe-  
cam

E 2

c) in *Biblioth. hebraea*, P. II. p. 371.

f) in *Bibl. sa. a.* p. 108.

g) in *Bibl. idem. L. II. c. I.* p. 127.

h) in *Catal. bl. theol.* p. 234.

cam ornent, parce contrectari debeant. Ad haec, quae Masoretarum in numerandis Bibliorum capitibus, versibus ac literis cura fuerit, quodque studium, noster testatur codex. In Genesi enim 1534, in Exodo 1209, in Lev. 859, in Num. 1288, tandemque in Deut. 1055, in summa 5945 versus esse; i) hos vero inter in universo Pentateucho locum Lev. VIII, 8; & ex 600045 literis, quibus omnes absolvuntur libri Mosis, literam י in vocabulo על-zechon k) medium occupare locum, in calce Deuteronomii annotatur. His PLANTINI Bibliis Hebraicis alium addo codicem, hac sub inscriptione:

חמשה חומשי תורה  
עם חמיש מגילות וההפרות

i. e.

*Quinque quini libri legis cum quinque Megilloth & Haphtharis,*

qui lingua Judaeo Germanica in 4to 1540 Constantiae prodierunt. Dum enim in Synagoga Judaeorum moris est, ut quovis sabbathio Biblia legantur, Paraschis seu pensis legalibus appendicis loco subjungere quoque solent quinque ex Hagiographis desumtos libros & lectiones Propheticas, e quibus hae nominantur הבתרות, dictae quasi missae, quod iis lectis populus dimittitur; illi vero חמיש מגילות festivales audiunt libelli. Siquidem Ebraei Canticum Canticorum in festo Paschatos, Ruth fest. Pentecostes, Threnos d. IX. Jul. quo utrumque templum Hierosolymitanum flammis igneque consumptum est, Ecclesiasten festo Tabernaculorum, & denique

i) Sic etiam Biblia Bombergiana habent, teste KNOCHIO l. c. p. 93, quanquam PFEIFFERVS in *Crit. sacra*, p. 181, in Deut. tantum 955, & in toto Pentat. 5845 numerat versus.

k) Lev. XI, 42.

denique volumen Estherae fest. Purim legere consueverunt. l) 130  
Hic Bibliorum nitidissimorum codex, quem a M. MICHAELI, IOAN-  
NIS PICARDI filio, SAMVEL MEIENREIS Altorfii 1593 emptionis jure  
sibi comparavit, in supelle*ctili* librorum MEIENREISIANA, Bibliothe-  
cae Gymnasi a. 1714 inserta, deprehenditur.

His in medium prolatis ad opus progredior rarissimum, & ut  
LEICHIVS vere judicat, m) magnum ob singularem praestantiam Bi-  
bliothecarum ornamentum, NOVVM scilicet TESTAMEN-  
TVM SYRIACVM, quod in rubro ita inscribitur :

LIBER SACRO SANCTI EVANGELII DE IESV  
CHRISTO DOMINO ET DEO NOSTRO,  
curante IO. ALBERTO WIDMANSTADIO.  
Viennae 1555 in 4to min.

Non opinor, quemquam codicis hujus raritatem in dubium vo-  
caturum esse : quippe primum est Testamentum Novum, immo  
liber primus, characteribus & lingua Syra in Europa praelo com-  
missus. n) Ad haec dum ex mille codicis hujus exemplaribus  
FERDINANDVS Imperator, cuius jussu & liberalitate ille lucem vidi,  
500 ad se recepit, duobus vero Patriarchis Antiocheno & Ma-  
ronitae 300 destinavit, MARDENVMque cum reliquis 200 dimisit, o)  
fieri aliter non potuit, quam ut liber hic in Germania raro de-  
prehenderetur. Quae inde ad illos, qui Testamento huic edendo  
curas, vigilias, laboresque suos non denegarunt, redundet gloria,

E 3

facile

l) conf. BVXTORE. Syn. c. 29. p. 555. PEEIFF. Crit. Sacr. c. I. Sect. L §.  
4. 5. 18.

m) in tr. de orig. E*ct* increm. Typogr. Lips. p. 50. add. VOGTII catal. libr. rarior. p. 671.

n) vid. KNOCHII Bibelsammlung, P. I. p. 576. 578.

o) conf. le LONG Bibl. Sacra, P. I. p. 197.

facile est conjecturatu. Principem vero hos inter tenet locum  
IO ALB. WIDMANSTADIVS, Senator regius & provinciarum Austriae  
orientalis Cancellarius, linguae Syriacae peritissimus. p) Hic  
enim adjuvante MOSE MARDONE, IGNATII Patriarchae Antiochen-  
sis ad PAVLVM III & IVLIVM III Papas Legato, in officina MICHAELIS  
CYMBERMANNI codicem nostrum excudendum iisdem commisit ty-  
pis & characteribus, quos CAST. CRAPHTVS, Elvangensis Suevus ex  
Norici ferri acie sculpsit. Quae vero in hoc N. T. codice de-  
prehenduntur, & quo ordine quatuor illius partes, quarum cui-  
libet praefatio latina est praemissa, apparent, indicat pagina ru-  
brum excipiens quarta. Post dedicationem enim WIDMANSTADI  
ad FERDINANDVM Imperatorem designatum, in qua de signis chri-  
stianae religionis illustribus loquitur, quatuor Evangeliorum li-  
bros Syro videmus sermone. Hos excipit ea ad MAXIMILIANVM,  
Bohemorum Regem, quatuordecim Pauli epistolis dicata. Quas  
historiae Apostolicae a Luca scriptae liber sequitur unus, cui de-  
dicatio ad FERDINANDVM FERDINANDI filium, Austriae Archiducem  
est praemissa. Porro legitur cum Jacobi, Petri ac Joannis epi-  
stolis dedicatio ad CAROLVM FERDINANDI filium scripta. Tandem  
addita est, una cum latina interpretatione, Evangelicarum & Apo-  
stolicarum lectionum tabula, nec non explicatio rituum quorun-  
dam ecclesiasticorum ad GEO. GIENGERVM & IAC. IONAM, Senatores  
regios. Ultimum denique locum prima Syriacae linguae occu-  
pant elementa, ut & christiana religionis solemnes ac quotidiana  
preces, adjectis in fine WIDMANSTADIORVM insignibus. Quanquam  
dolendum est, quod vel ex incuria bibliopegae, vel ignorantia  
linguae, ultimae duae dedications in Testamento nostro omissae,  
& nonnulla alio, quam decet, compacta sunt ordine; nihilomi-  
nus tamen & illud in Bibliotheca MEIENREISIANA Gymnasio El-  
bingensi

---

p) add. SCHELLHORN in amoen. literar. T. II. p. 399. & T. III. §. 10-16.

131

bingensi dono data, praestantissimum decus est & ornamentum. q)

Huic addimus

*NOVV M DOMINI NOSTRI I. C. TESTAMEN-  
TVM Syriace cum versione latina a MARTINO  
TROSTIO 1622 Cothenis Anhaltinorum*

*in 4to maj. editum,*

quanquam in calce legitur, illud jamjam A. 1621. 26 Sept. finitum fuisse. Hoc quidem Testamentum & forma & literis maiusculis illi WIDMANSTADII praefat: in eodem tamen edendo TROSTIVS, vir linguarum orientalium peritissimus, illius non minus quam aliorum sequutus est filum. In rubro enim fatetur, se notationes variantis lectionis, in fine additas, ex quinque impressis editionibus, a KNOCHIO recensitis, r) diligenter collegisse, quas inter illa WIDMANSTADII, cuius modo mentionem fecimus, primum occupat locum. Addidit insuper TROSTIVS, Publ. ille in Academia Wittenbergensi Prof. versioni Syrae latinam IVNII TREMELLII, infra positam. Quantum vero utilitatis & commodi N. T. Syriacum, quo non Germania solum, sed tota etiam Europa per decem & quatuor saecula caruit, secum ferat, IACOBVS MARTINVS, Professor Academicus in praefatione, N. T. praemissa, inter alia ex Marc. V, 41. Matth. VI, 10. Jo. V, 2. Rom. IV, 5. 1 Cor. X, 2. docet, affirmans insimul, hanc versionem vel ab aliquo Evangelistarum, vel omnino ab illis, qui ipsos Apostolos Antiochiae habuerunt doctores, olim provenisse. Quae denique in omnibus N. T. libris, idiomate Syriaco impressis, desiderantur, sc. historia adulterae Jo. VIII, 1-11, dictum de tribus testibus in coelo 1 Jo. V, 7. epist. Petri secunda, Joannis Ilda & IIItia,

q) vid. M. ERI diff. de Syriacis librorum sacr. versionibus, deque Viennensi N. T. editione it. THEOPH. SINCERI Bibl. hist. crit. librorum rar. p. 118 &c.

r) l. c. 1. p. 586. add. REIMANNI catal. bibl. theol. p. 219.

IIIItia, Judae & Apoc. Joannis, frustra etiam cum in TROSTII  
tum WIDMANSTADII quaeres editionibus. Tandem annotasse juvat,  
hunc codicem ex auctione librorum Viri plur. Reverendi Doctis-  
simique MARTINI BERGAV, Pastoris apud Schoenbergenses in insula  
Mariaeburgensem majori quondam dignissimi, donationis jure  
Bibliothecae publicae A. 1757 oblatum esse.

Sequuntur

*SANCTVS MATTHAEVS*

&

*SANCTVS MARCVS*

Syriace, Ebraice, Graece, Latine, Germanice, Bohemice, Italice,  
Hispanice, Gallice, Anglice, Danice, Polonice ex dispositione  
& adornatione ELIAE HVTTERI Germani, in 4to  
maj. Noribergae 1599 & 1600 editi.

Quae jam antea de N. T. HVTTERI, 12 idiomatibus exarato, in  
medium sunt prolata, eadem iterum de utroque hoc Evangelista  
dici possunt. Interim observandum est, neque Matthaeo, qui  
543 constat paginis, neque Marco, qui 349 absolvitur, ullam  
praemissam esse praefationem, sed textum versionum multiplicem,  
ob quem vel solum codex noster spectabilis est, proxime sequi ti-  
tulum. Nec illud silentio praetereundum esse censeo, versionem  
Syriacam in hac quoque editione literis Hebraicis, additis pun-  
ctis, expressam; Ebraicam vero ipsius ELIAE HVTTERI studio con-  
fectam esse. Ad hunc autem codicem, tanquam primum N. T.  
volumen, tria adhuc requiri, quibus cura HVTTERI sacer hic pro-  
diit liber, auctor est le LONG. f) Hinc utique optandum est, ut  
& ultima, quae desiderantur N. hujus T. volumina, in comple-  
mentum totius operis Bibliothecae aliquando inserantur.

Vlterius

---

f) in *Bibl. sacra*, P. I. p. 56.

# Ermahnungen.

Der Vorredner,

IOANNES SCHMIDT,

bewillkommet die resp. Höst. Hoch- und Werthgeschäfte Anwesende, und bittet zu der jährlichen Siftungsseyer des löblichen Gymnasi den Musen ein geneigtes Gehör aus.



IO. GEORG. HOFFMANN

entdecket und entschuldigt den Inhalt der ganzen Redührung.



ANDREAS QVEDNAV

redet von der moralischen Schläfrigkeit in göttlichen und menschlichen Dingen, und  
ermahnet; auf alles in der Welt ein wachsames Auge zu haben.

Chor.

Auf Ermahnungen

des Herrmann Jansons von Tongerloo

stellen sich Gott in seiner Größe aus den Werken der Natur vor

Thom. Gottlieb Achenwall Johann Theod. Dilla

Joh. Jacob Meienreiß Sam. Gottlieb Baumt

Johann Convent Hans Wilhelm Horn

Jacob Seeling Joh. Wilhelm Grün

Michael Leuchert.

Chor.

DAN. REINH. RHODE

behauptet, daß Gott die Größe seiner Liebe alsdenn sonderlich offenbare, wenn er die Menschen ermahnet. Was er aber für Bewegursachen dazu habe, lehren

IO. CHRIST. ROSKAMPFF IO. IACOB SCHROEDTER

CHRISTOPH GOTTLIEB PORSCH.

Chor.

Einige Beispiele der göttlichen Ermahnungen erzählen

Daniel Gottlob Hanff Friedr. Anton Endersch

Friedr. Ludwig von Kauffmann Johann Jacob Kluge

Heinrich Neyer Sigism. Philipp Schrödter

Johann Wirske Joh. Samuel Siewert

Chor.

Chor.

Der Menschenfreund

IOANNES GOTTLLOB FEEGE

ermuntert zu freundschäflichen Ermahnungen nachfolgende:

Joh. Samuel Goerke	Johann Jacob Mündler
Daniel Geitner	Christian Kienast
Johann Napierski	Samuel Teschner
Johann Gottl. Kotsch	Jacob Poselger
Daniel Gottfr. Wilner	Johann Gottfried Flade
Alex. Herrmann Riedt	Sam. Gottfr. Stellmacher.

Chor.

RAPHAEL BOGVSL. RHODE,

ein Freund Gottes,

Theophilus genannt,

der die Lösung führet: Was soll ich thun? wird ermahnet  
von dem Ephraim Nehagen zum Glauben

— — Johann Seefeld zur Liebe

— — Joh. Christian Schmidt — Gedult

— — Johann Harder — Hoffnung,  
welches

Johann George Anton Wahl  
mit einem Fiat! versiegelt.

Chor.

Unter der Anführung des spielenden Orpheus, welchen

ISRAEL POSELGER

vorstellt, zeigen nachstehende an, wie die unvernünftigen Thiere die vernünftigen  
Menschen ermahnen, und zwar

Io. Jacob Lange	der Löwe zur Herzhaftigkeit
Gottfried Gutke	der Adler zur Geschwindigkeit
Carol. Frid. Ramsey	der Kranich zur Wachsamkeit
David Lebrecht Vorlof	der Pelican zur Menschenliebe
Christoph Dan. Tilly	die Lerche zum Lobe Gottes
Carol. Christ. Lange	die Biene zum Fleiß

Io.

Io. Heinr. Iungschultz  
 Daniel Richard Vnger  
 Christ. Thomas Fromm  
 Andr. Alex. Tolckemit

die Taube zur Einfalt  
 die Schlange zur Klugheit  
 das Lamm zur Gedult  
 die Krähe zur Hoffnung.

**X**  
**IOANNES IACOBVS REIMER**  
 redet von dem, was die unverlästigen Thiere gutes an sich haben.

**Chor.**

Der Weltbürger, Mentor, dessen Nolle

**GEORGIVS GRVEBNAV**

behauptet, ermahnet anfänglich den reisenden Coster, in der Person des  
**IO. CHRISTIAN SILBERS,**

und nach einem gehabten Gespräch mit einem Insulaner, welchen

**IO. CHRISTIAN MIRITZ**

unter dem Namen Huteson vorstellet,  
 auch die reisende Jugend

Joh. Jacob Baum

Joh. Jacob Roskampff

Martin Gottl. Moeller

Joh. Heinrich Ammelung

Dan. Gottlieb Alchenwall

Carl Heinr. Bährholz

Friedr. Ernst Horn

Alex. Jacob Kiedt

Johann Jacob Lange,

um sie zu warnen, wieder die falschscheinenden Sätze eines vermeintlich übeln Rathgebers,  
 der sich Davison nennet, in der Person des

**EPHRAIM KOENIGS.**

**Chor.**

Der Altvater

**NATHANAEL PETERSCH**

ermahnet seine

Kinder

**FRID. TRAVGOTT LANGE** zur Sorge für das Beste des Hauses  
**GEO. LEBRECHT LAND** — Beybehaltung eines guten

Namens

Enkel

**Io. Jacob Kienast** — Einigkeit

**Iac. Gottlieb Silber** — Sparsamkeit

Uhr. Enkel

**Carl Friedrich Kriese** zum Gehorsam

**Joh. Heinr. Roskampff** zur Frömmigkeit.

**Chor.**

Chor.

IO. CHRIST. HAAG,

Eubulus genannt, ermahnet zum Fleiß und gehörigen Arbeit seine guten Freunde,  
den

IO. BENED. LANGE  
WILHELM MEYER

DAN. ABRAH. BAEHRHOLTZ  
GOTTFR. FRID. REVSS.

Chor.

Der verstorbenen Mitbürger,  
welchen

### CHRISTIAN WOLFGANG LAECHELIN

abschildert, ermahnet die Lebendigen wegen der Ungewissheit des menschlichen Lebens und  
der verborgenen Gerichte Gottes, wozu ihm Gelegenheit gegeben

George Leuchert

Jacob Convent

Joh. Ferdinand Jungschulz

Michael Ernst Fromm

Christ. Gottfried Silber

Jacob Heinrich Burchard.

Chor.

Johann Samuel Groß

ermahnet die Farren der Lippen Gott zu heiligen,  
und zwar

Carl Gottlob Basner

im Loben

Christian Schulz

— Danken

Johann Jacob Kriese

— Beten

Johann Samuel Werner

— Bitten.

Der Nachredner,

ERNEST. IOA. FRIDER. KROKISIUS,

verbindet den schuldigen Dank an Gott und die Höchst- und Hochgeneigte Unwesende,  
mit dem herzlichen Wunsch, daß es Elbing und dessen Pfanz-Ort  
immer wohl gehen möge.

